Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



unus honorati sunt anima tua deus unus confortatus est pater
patris eor. Com. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iu
dicantes duodecim tribus israel dicit dns. Com. Ego autem vobis
amicos meos ne eraumus ab hys qui vos persecuti sunt. Com. Amen
dico vobis quod vos qui reliquistis omnia et secuti estis me centu
plum accipietis et vitam eternam possidebitis. Ad Ephesios.
Fres. Iam non estis hospites et advene: sed estis
cives sanctorum et domestici dei super edificati super fu
damentum apostolorum et prophetarum. ipso summo an
gulari lapide xpo ihu in quo omnis edificatio con
structa crescit in templum sanctum in dno. in quo et
vos coedificamini in habitaculum dei in spiritu sto.
Fres. Benedictus deus et pater dni nri ihu xi qui benedixit nos in
omni benedictione spirituali in celestibus in xpo sicut
elegit nos in ipo ante mundi constitutionem ut esse
mus sancti et immaculati in conspectu eius in cari
tate. qui predestinavit nos in adoptionem filiorum per
ihum xpum in ipum. secundum propositum voluntatis suae
in laudem gloriae gratiae suae. in qua gratificavit nos
in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem
per sanguinem eius in remissionem peccatorum secundum di
vitias gratiae eius que super habundavit in nobis.
Fres. Scimus qui diligunt deum omnia cooperantur bonum:
his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quos
enim praesciuit et predestinavit conformes fieri
imagini filii sui. ut sit ipse primogenitus in multis
fratribus. Quos autem predestinavit hos et voca
vit. Et quos vocavit hos et iustificavit. Quos